



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An Christus tradens claves sacerdoti, voluit eum scire quæ absolueret, &c.
tit. 125

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

AN CHRISTVS TRADENS

claves sacerdoti, voluit eum scire
quæ absolueret, &c.

TITVLVS CXXV.

Primò, nemo negat, quòd medico sit necessarium scire genus morbi, alioqui quomodo medicaretur? Si quis diceret medico sana me, nõ tamen diceret morbum, nonnè diceret, insanis? Sic sectæ volunt, quòd sacerdos eos absoluat sine enumeratione peccatorum & confessione, & dicunt se Deo esse cõfessos, &c. At Christus, qui promisit veniã peccanti. *Marc. i.* Pœnitementi & credite Euangelio, exhibuit medium, id est sacerdotem, & illi commisit, vt te loco & persona illius absoluat, si credis: vel legi si contemnis Euangelij gratiam, *Ioan. 20.* Quorum remiseritis peccata remissa erunt in cælis.

Secundò, hoc quoque certum est, quòd Christus implicitum nec cæcum mandatum dedit discipulis, scilicet, quasi deberent absolvere & ligare ea quæ ne scirent. Aut quòd sufficeret, quòd ipse solus sciret Christus, si solus Christus voluisset scire peccatum tuum, etiã solus te absoluisset vel ligasset, non fuisset opus ministro: sed cùm sic instituit ministerium clauium, ergo voluit vt sicut à sacerdote accipis claves nomine eius, ita hanc confessionem facias sacerdoti, quam illi fecisti, aut Deo facis. Per medium igitur hoc, id est, sacerdotem, vult audire confessionem tuam, te quoque absolvere, te baptizare, communicare Eucharistiam, docere Euangelium. Si sacerdos solùm absolvere debet sine confessione: Cur in Babtismo quærit, an credat baptizandus in Christum, an abrenunciet diabolo & pompis suis? & *Paulus 1. Cor. 11.* iubet cõmunicantes se primum probare

bare. Cur hinc sacerdos non simpliciter baptizat, si porrigit Sacramentum, si solum debet absolueret.

Qui ergo hunc ordinem à Christo institutum contemnit, nihil accipit. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt, Roman. 13. & quoniam talis cognitio necessaria in absoluendo vel ligando, non potest melius haberi, quàm per oris confessionem & enumerationem peccatorum: idè confessio oris, est necessaria iure diuino: & hoc idè Christus sic ordinavit, vt conscientia tua sit securior per absolutionem, quàm alia securiora nunquam erit ex confessione, qua dicis te mente Deo confessum. Sic fuit certificatus Dauid, audiens. Transtulit Dominus &c. 2. Reg. 12. & Magdalenæ, Lucæ 7. Vade in pace, &c.

Tertiò, Mat. 3. dicitur, quòd populus cupiens baptizari à Ioanne, veniebat ad Iordanem, confitentes peccata sua. Securior igitur ac certior est hæc confessio ore peccata, quàm occurrunt contra Deum precepta facta, & sic per mediũ sacerdotis absolutionem accipere, &c. quàm illa contemneret, & dicere se omnia scienti commississe, &c. Hæretici vt semper contempserunt, sic Catholici amplexati sunt, & confessio est Christiana schola, in qua priuatim de peccatis docetur anima, quàm in publica concione fieri, &c. Non tamè dicimus, quòd nostra confessio tollit peccata, sed quòd medium est, per quòd Deus absoluit obediētes, & ligat contemptores &c.

Qui igitur confessi & absoluti sunt à sacerdote, si confidentiores sunt de remissione diuina, &c. Christus talem ordinem instituit, vt qui in coelis debet esse solutus & ligatus, hic primò super terram à sacerdote debet esse vel solutus vel ligatus. Idè Mat. 16. & Luc. 18. primo loco ponitur terra, & postea cælum, & Luc. 20. Quorum vos remiseritis peccata, remissa erunt illis, &c. non dicit Petro, ego iam absolui in cælo, nunc tu supra terram &c. sed quare hoc facit Deus.

Respo.

Respondeo, quia omnis qui peccat in hominē, sicut patet de obseruantia & negligentia præceptorum Dei. Ideo Deus primò vult vt reconcilietur peccator, Mat. 5. Vade &cæ.

DE FALSA INTERPRE-

tatione pœnitentiæ per sectarios.

TITVLVS CXXVI.

SECTARII istis temporibus impugnant in tribus Catholicam pœnitenti- am: Primò, quòd sit quasi equuleus exigens impossibile, scilicet confiteri omnia peccata, cum Dauid dicit Psalm. 18. Delicta quis intelligit? &c. Secùdò, quòd sit blasphemia, quia docet, quòd propter nostram confessionē & satisfactionem, Deus remittat peccata, & sic Christus gratis venit, Gala 5. cùm sola Christi satisfactio tollit peccata. Tertiò, quia facit Deum anum veterum qui solum culpam, & non etiam pœnam peccatorum tollit. Idèd Papistica pœnitentiã est blasphemia. Sed hæc omnia sunt mendacia & falsa.

Primò hoc certum, quòd Christus non fecit testū aut obscurum mandatum, Ioan. 20. vbi dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, id est, quòd deberent absoluerē & ligare, & non scire quæ ligarent & absoluerent, sed ostendit medicum, vt qui sanitatem cupit, morbum dicat. Si suffecisset, quoniam solus Deus sciret peccata, ad quid ordinãt et claves? solus etiam occulte ipse absoluisset. Infirmus solum morbum, quem ipse nouit & sentit, de regno Medico: alias multas infirmitates quas non intelligit, Medici prudentiã committit. Sic quæ occurrunt nos egisse apertè contra Dei præcepta, confitemur. Alia occulta & aliena. Psalm. 18. relinquitur diuinę misericordię: nemo vnquã coegit ad pœnitentiã aut confessionē talē, vt omnia impossibilia dicantur.